Zamojski Alexandri: Agadyea in peregrinationem Thomae de Zamoscio Reduci.

ΑΓΑΛΜΑ
IN PEREGRINATIONEM
Illustrissimi Domini, Domini
THOMÆ de ZAMOSCIO,
Capitanei KNYSSINENSIS.
REDUCI.

AB

ALEXANDRO ZAMOYSKI

F.

ZAMOSCII,

In Officina Academiæ, excudit Christophorus Wolbramensis, Anno Domini, 1617.

JN ARMA
Jlluſtrißimi Domini, Domini Capitanei Knyßinen.



Hoſpes, diſce memor, tria dum hæc haſtilia cernis,
Eſſe Zamoſciadæ, clara hæc inſignia gentis;
Primum, virtuti morali dedicat ordo,
Alterius comes eſt, excelſa Heroica virtus,
Tertia diuinis ſurgunt virtutibus, vt tu
Sic quoque contendas ſublimem tangere Olympum.

GEORGIVS ZAMOYSKI
Caſtellanides Chelm.

D. O. M. S.

IOANNIS. MAGNI. F. THOMAE. ZAMOYSKI. POST EXANTLATOS LABORES. DVM ORBEM TERRARVM. INDEFESSVS LVSTRAT. REGVM. ET SVMMORVM PRINCIPVM. AMICITIAS COLLIGIT. NOMEN POLONVM ILLVSTRAT. MAGNA INGENI GLORIA. VIRTVTVMQVE SPLENDORE. TOT POPVLOS. IN SE CONVERTIT.

REDVCI.

IN PATRIAM. OMNIBVS. CHARISSIMO. EXOPTATISSIMO. PATRIS PATRIAE F. ALEXANDER ZAMOYSKI. VT BENEFACTORI SVO. IN MEMORIAM. INCLITAE PEREGRINATIONIS SVAE. HOC SIGNVM. PONI. ET FIERI. CVRAVIT. ANNO SALVTIS HVM. M. DC. XVII. SEPTEMBR. I. KALEND.

FLORIFERIS VT APES. IN SALTIBVS. OMNIA. LIBANT.
PVLCHRVM. SIC VARIOS. POPVLORVM. EDISCERE. MORES.

SALVE MAXIMI PATRIS. MAXIME FILI.

THOMA. ZAMOYSKI.

SALVETE. COMITES. FIDISSIMI.

SALVETE. HOSPITES. EXOPTATISSIMI.

SALVETE. POLONIAE. ET PATRIAE.

LVMINA.

ODE.

STROPH. I.

QVid cessas,
Aurea vox Musæ meæ,
Nec resides pellis curas,
Squalore turpi obsita,
Haud festiuo sat syrmate
Amicta; non fas per lucentes
Domos cœli, spargi frontis
Luridæ nimbos, nec te
Tristis auræ nubibus
Obtegi, dum radians
Cernis sydus scandere.

ANTIS. I.

VEloci
Alite procedens, sonum
Incipe felicem mecum,
Et disce iam cernere,
Permultum ac longè dissitis
Ab oris, exoptatum cunctis
Diu solem; nec me, nec te,
Suauior cantus præ illo,

Clara

Clara regum ad limina
Mulceat, ſuauius aut
Lumen cerne hoc lumine.

EPOD. I.

EST pulchrum patuli, venuſta terga
Mundi cernere, ducta ſolerti manu,
Per oras exiguæ molis:
Et dum lux vitrei ſpeculi,
Immenſa ſolis lumina,
Arcto geſtit claudere ſinu,
Suaues ciet in modos,
Ocelli volitantes ignes:
Vnici aut floris iubar,
Per rutilos colorum nimbos
Sparſum, tergeminis certat ſe laudibus olim
Tolli, & mi fas,

STROPH. II.

MIrari
Pectora, iucundum quibus,
Per celebres mitti cœtus

Mundi,

Mundi, virisque asseri,
Quorum sublimis gloria,
Procul suos ignes accendens,
Videndam sese persuadet:
Parua imago, quàm ingentis
Haud mora, effert se capax
Liminis, quà patulus
Orbis mundi cingitur.

ANTIS. II.

LVcentis
Sicque vitri, lumen bonum,
Finibus arctis consueuit,
Magnum iubar claudere
Solis, sic olim vt pectora,
Dicanda rebus præclaris, &
Canenda ad non falsam Musam,
Prenderent sat multorum,
Pulchra morum germina,
Et tenerent modulos
Omnes vitæ debitæ.

EPOD.

EPOD. II.

Q*Vin vt flos vario coloris ausu,*
Certans se insinuare, per candentia
Ocelli arua, eximia fœcundat
Sesé laude, venustus honos.
Hos in modos, vt sic quoque,
Mentes pulchræ, ac pectora cata,
Virûm clara per agmina,
Venirent rutila, vsu rerum
Magno onusta, & tam sibi
Quamque suis, salutis pulchræ
Florem nectere, sic & vitæ ostendere normam.
Sic Alcides,

STRO. III.

F*Acunda*
Ora virûm complet, benè
Æquora terrarum emensus,
Per dura clarescere,
Immenso mundo dum æstimat,
Simul duellis & dum se dat,
Simul res claras multasque

Perui-

Peruidens, pulchra nunquam
Laude cassum se sinit.
Pignorat frugiferas
In spes, vna & dextera

ANTIS. III.

SI spargit:
Plura manent, frugis bonæ
Commoda, mittas non parcus
Terræ si in sinum: sic bonæ
Mentis, certatim symbola
In alta mentis congesta, audent
Virum narrandum non vana
Laude ferre, ad suaues si
Non domus tantum locos,
Censeas conspicua,
Edi seclis pectora.

EPOD. III.

TE verò patrio sinu quid vnquam,
Excire intrepidum, ô decus luxq; inclyta

ZAMOSCI, plus potuit, quam flos
Lectus, gestaque clara virûm:
Non quòd deesset vel tuis
Augustis tectis, bene quibus
Stupendus venias procul:
Sinu nescia sed virtus vl-
lo excipi tota, vltima
Præpete nosse cursu suadet.
Sic vt sydereo discat se ponere Olympo,
Quicquid pulchrum est.

STRO. IV.

VT verò,
Haud leue pondus te iubet,
Ire citum, vrbes multorum
Videre, sic & modos
Vitæ mirari, non pigram
Velut laborum, per fragrantes
Apim tractus: quantus famæ,
Nominis quantus splendor,
Atria actutum insonat;
Inclytus nonque semel,
O quantum auditus sator,

ANTIS. IV.

O Quantum,
Clara virûm inter pectora,
Rursus in huius cæli auras,
Sanctè vocatus, simul
In qua virtutum præmia,
Stuporis ingens, sæclis cunctis,
Tenaci veraque assertus
Laude; quam mî tum Musam,
Quod sonorum barbiton,
Ritè quod tunc celebrem,
Mundo cuncto diceret?

EPOD. IV.

HVnc sunt & Rhodani fluenta pulchra
Mirata, & toties viro magno insonat,
Iber, nos cum patria afflicta,
Et lucem, atque patrem patriæ,
Iusto vocamus carmine.
Talis tu dum limina teris,
Amicum caput satis
Meres, impiger omni cultu;

Mentis almæque indole,
Impauidas apud regum men-
tes, das igniculos quæ te iam gloria poscat,
Et quàm magnæ

STRO. V.

SPes rerum.
Purpureus sic flos micat,
Arboris & lectæ germen,
Maioris audet vijs,
Ramos in sublimes rapi:
Vijs modisque vt proles dia,
Caput compar cælo ferre
Disceret, quo olim calle,
Sancta se vestigia,
Ausa sunt ferre patrum,
Cælum vt fama prenderent.

ANTIS. V.

ET vero,
Dicere quid stringit meam,
Omine non falso Musam:

Si queis videre exterûm,
Arridet mirandas plagas,
Vident satis, mirantur multum,
Semel vidisse, aut mirari
Non satis; fundo virtus,
Non enim vnquam clauditur.
Te quibus nominibus,
O multum Heros inclyte,

EPOD. V.

PErlustrasse canam intimos recessus
Terrarum, meritis tuis qui clarior
Merebas, cuncta virûm facunda
Ora, & dotibus ingenij,
Æterna linquis spicula,
Mirando vt te continuò ament,
Canant perpetuam ad chelym.
Remotis bene quicunque oris,
Percupis dici inclytus,
Ardua non colossi te vis,
Ast virtutis honos, longos cõseruet in annos.
Collissa æra

STRO.

STRO. VI.

MIranda
Cerne memor, sola & pete
Crescere virtute æternum:
Innixus huic igneas,
Et Pollux arces attigit;
Et Hercules nectar cœli haurit:
Eant & pessum cum cuncta,
Sola vis huius firma est.
Huic feram dona inclyta,
Huic canam dulce melos,
Huic & viuam perpetim.

ANTIS. VI.

SIc & te,
Sydus amicum nostrum, idem
Quando iubar virtutis, iam
Nostro redonat polo:
Affulgens, vt quondam ad domos,
Solet stupendus, pergratusque
Nimis, Nili ales se ferre:
Vocibus lætis cuncti

Te

Te salutamus, tuo
Numini fronte simul
Terram prona sternimus.

EPOD. VI.

TV verò rutilus velut serenat,
Phœnix æthereas domos, nec segniter
Volantum lætificat cœtus,
Nos sic nectare viuifico,
Mentis tuæ almæ prolue,
Teque & primum pectora sonent:
Tuum & qua dirimit plaga,
Vijs quatuor orbem inclusum,
Nomen altè floreat:
Viuida quæque Phœnicem almum
Vita amplectitur, & te hanc fas sit viuere,
Incrementum. *(magnum*

ALEXANDER ZAMOYSKI
Studiosus Acad: Zamosc. F.